

73
PRÆLECTIONES ACADEMICAS
PUBLICAS AC PRIVATAS

Per instans semestre autumnum - hiemale

Deo benedicente habendas

ALMÆ LVDOVICIANÆ

RECTOR

IOANNES GEORGIUS

LIEBKNECHT,

MATHEMATUM P. P. ET ORD.


indicit, & ad eas sedulò invisendas Ge-
nerosos ac Nobilissimos omnium Fa-
cultatum Studiosos peramanter

invitat.

GIESSAE - HASSORVM,

Typis VIDUAE IOH. REINH. VVLPII, Acad. Typogr.

Anno MDCCXVII.



IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELEFELD,

Prof. Theol. Prim. |

P *Rationes Publicas* ad difficiliora N. T. loca continuabit, iisque Exercitia Homiletica Practica singulis septimanis junget: *Privatas*, in cursu *Solidioris Theologiae Biblicae* ceptas, ad finem perducet, iis etiam, qui polemica aut disputatoria Collegia desiderant, gratificaturus.

IO. HENRICVS MAIVS,

S. Theol. D. & Professor P. Ord.

Cum maximam partem Oeconomiae Temporum Noui Testam. publicis priuatisque recitationibus exposuerit, futuro semestri hyberno regredietur ad Oeconomiam Veteris Testamenti; ea tamen quae in Nouo Testam. restant, diebus Mercurii ac Sabbathi D. V. absoluet. Insuper & Historiam Reformationis per omnes Veteris Nouique Testam. libros, secundum seculorum seriem digestam, nuper inceptam in memoriam secundi anni secularis Reformationis *D. Lutheri*, disputationibus publicis ventilare perget.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

D. & Prof. Ord.

Divina favente Gratia, quæ ex Theologia *Morali* restant, publice absolvet: *Privatis* autem horis pro *Dnn. Auditor.* lubitu Collegium *Examinatorium* aut continuabit, aut in *Confessionem Augustanam*, augustum illud *Reformationis* nostræ Symbolum, hujusve *Apologiam*, vel si magis arriserit *B. Scherzeri* Breviculum Theol. *Disputatorium* quoddam instituet; suam quoque in *Homileticis* privatam efflagitantibus operam studiose commodabit.

CHRI-

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARTZEMANN /
Theol. Dr. & Ordinar. Prof.

E TRINUNIVS DEI Gratia gratiosaque Conservatione, publi-
ca lectionis loco, *D. M. Lutherum quasi Redivivum*, ut animo-
sum, ingenuum, sincerum atque verum & *Dogmatistam & Moralistam*,
aeque Doctrina ac Vita Reformatorem, in Theologia Morali per
XXXVI. Capita; sed in privato Collegio singulas objectiones ferè
cum adæquatis ac exactis earum solutionibus; & insuper ad ulteriùs
dilucidandum atque bis aut semel in singulis hebdomadis ventilan-
dum *Fanaticismum*, jam dum oblatum, ast amodò quibusdam
anaesthesiaicis Exercitationibus elaboratum & succinctè solidèque pro-
fligatum; accessuris Dns. Auditoribus hoc anno seculari: *serva MVr*
In re Crèe facivudo: quacunque diligentia communicabit.

IN FACULTATE JURIDICA.
BERNH. LUDOV. MOLLENBEC,

Consil. Hass. Darmst. Acad. Cancellarius & Prof. Primarius.

NOVUM denuò Collegium ad Jus Publicum aperiet, Lectiones Pan-
dectarum ad finem perducet, nihilque intermitter, quod Acade-
mix & Studiose juventuti proficuum erit.

MELCH. DETHMARS GROLMAN,

J. C. Consil. Hass. Darmstad. & Prof. Jur. Ord.

PUBLICÈ Lectiones ad *Const. Carol.* absolvet; Privatim in Dig. per-
get, nova quoque sive publicè sive privati Juris Collegia Generos.
& Nobiliss. Dnis Studiosis offert.

LUCAS FRANKS /

D. C. onfiliarius Hassiacus, & Prof. Jur. Ord.

PUBLICÈ juris Feudalis interpretationem ordietur, privatim Colle-
gium Pandectarum offert, nec non in reliquis Domiuorum Stu-
dioforum desideriis operam suam accommodabit.

IMMANUEL WEBER D.

Consiliar. Hasso Darmstadin. & Jur. Prof. Publ. Ordinar.

PER instans semestre publice in *Paroemiis Juridicis* exponendis perget.
Privatum Institutiones Justinianicas, item *Pufendorfii Officia* expli-
cabit;

cabit; & singulis septimanis per duas horas *Collegium Casuale* instituet, in quo rariores Juris Casus sub fictis tamen nominibus, juxta ferri Institutionum, proponentur. Si qui etiam *ad Stryckii Jus Fendale* scholas suas desideraverint, iis se promptum paratumque exhibebit.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. & Prof. Extraord.

In publicis *Lectiōibus* hora octava matutina in explicandis celeberrimis problematibus juris civilis secundum *Ordinem Digestorum* progredietur, & *privatim* præter *Institutiones*, vel *ius publicum* vel *ius Fendale* pro desiderio atque utilitate Dn. Auditorum explicabit.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusq; Prof. & Archiater Hasso - Darmst. Primar.

Ubiotium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

D. & P. P. Ordin.

Cum ob supinam Philiatorum nostrorum indigentiam *Purgantium pharmacorum* doctrinam ætate præterita *publicis prælectiōibus* absolvere nequiverit, eandem futuro semestri brumali, quippe novellis Practicis tam utilem quam scitu summè necessariam reassumere, ac, si sedulos auditores habuerit, bono cum Deo ad Colophonem perducere constituit. *In privatis Febrim* tum *intermittentium*, tum *continuarum & malignarum* naturam satque curam traditurus & in calamum dictaturus, vel aliud quodcunque practicum Collegium ex voto industriorum Philiatorum habiturus.

D. MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Archiat. Hassiacus & Prof. Med. Ord.

In *Lectiōibus Publicis* ea, quæ in explicandis *Institutionibus* adhuc restant, *σὺν Θεῷ*, ad finem deducet iisque absolutis *Materiam Medicam* aggredietur. Intra privatos autem parietes in *Praxi Generali*, jamdum cœpta, perget huicque Collegium *Consultatorium* subjunget.

D. JOH.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,
P. P. O. & Medicus aulicus Darmstadinus.

Publicè hora pomer. III. Nervorum vasorumque sanguineorum Anatomem tradet. Privatim Anatomiam Verheyenianam interpretandam & illustrandam sibi sumet, aut si aliter visum fuerit, ea in Dn. Commilitonum gratiam quoque seliget, quæ vel ipsi suis maxime usibus accommoda existimaverint.

D. JO. MELCHIOR VERDRIES,
Medicin. PP. Extraord.

Publice Diæticam cum explicando tum disputando pertractabit. Privatim H. BOERHAVII *Aphorismos de cognoscendis & curandis morbis* explanabit: & si Nobiliss. Dn. Dn. Commilitones vel Physiologiam Medicam, ad ductum excellentissimi BERGERI, vel aliam Medicinæ partem, aut etiam universum ejusdem cursum sibi exponendum desideraverint; in iis quoque operam sedulam atque fideliorem collocabit.

JOH. THOMAS HENSING,
Med. D. & P. P. Extraord.

Vegabilium atque Animalium Historiâ & Theoriâ chemicâ publicis, præteriti semestris, absolutâ horis; ad Minerale, ordine sic jubente, descendet Regnum, ejusque Incolas, tam nativo habitu conspicuos, quam simplicitati decorique, Igne & Sale, redditos, Dnorum Commilitonum auribus æque ac manibus, imposterum, exponet oculatis. Placuit hætenus hora VIII. matutina, & porro placebit. Privatim in cursu medico, cujus partem Semiologicam habet sub manibus, perget.

Præterea Dnorum Auditorum nutui, ad docendum demonstrandumque paratus, junget Industriam, & Collegium Docimasticum aperiet.

IN

X 3

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

MICHAEL BERNHARDUS VALENTINI,

Philosophiæ Experimentalis PP. Ord.

MIneras & lapides figuratos, in Hassia cumprimis inveniendos, publicè enarrabit eorumque originem genuinam & usum, rationi & experientiæ conformem, ostendet. Privatim Collegium Experimentale dictatorio-demonstrativum offert, horis succilivis Amphitheatrum Zootomicum, sub prelo jam sudans, curaturus.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. Doct. Prud. Civ. Prof. Ordin.

IN Lectionibus publicis materiam de *Juribus Majestatis* explicabit & privatam Lectionem vel in *Rechenber. ii Lineamenta Philosophia Civ. ulis*, vel *Dn. Mülleri Institutiones Politicas* vel alium autorem instituet, curabitque ut prudentia civilis sublimioribus facultatibus, præprimis *juri publico* vere suffragari videatur. Nec deerit qui in *Jurisprudentiam naturalem*, vel *B. Cancell. Hertu. Eiem. prudentia civilis partem Relectionem* qualem qualem suam operam desiderabunt.

IMMANUEL W E B E R /

Historiar. Profess. Publ. Ordinarius.

Publicè *Paroemias Historicas* cum Juridicis alternatim explanabit. Privatim autem *Introductionem Jur. Teutsch. Europdischen Staats Historie*, novum Collegium aperiet.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloqu. & Poes. Prof. Ord. Acad. Biblioth. Praefectus.

Publicis laboribus hora matutina VIII. ex orationibus civilibus, quas celeberr. Cellarius post editionem Batavam & Lipsiensem recognovit, selectiores Livi diebus Lunae ac Martis enucleabit: diebus vero Iouis & Veneris Elegias Eobani Hessi de caussa Lutheri explanare perget. Quin etiam ad eandem aliasque doctrinae partes illustrandas vtilia documenta in aperienda inuitatione solemnè publica Bibliotheca monstrabit. Privatim accommodabit se desiderii eloquentias

quentiae vtriusque cultorum, Deo fauente Collegiis effecturus praedici-
cis, vt non contemnendos fructus capiant, si, quantum ipse ad docen-
dum, tantum ad discendum diligentiae afferent.

IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum Prof. P. & Ordin.

Publice vtilissimi & amplissimi Studii Geographici historiam simul ac
Rectoratus officium bono cum Deo deposuerit, ex professo do-
cebit. *Privatim* non solum prima Mathematicos principia explicabit, sed
ex omni quoque parte operas, professioni suae congruas, votis Dn.
Auditorum vnice consecrabit.

IO. HENRICVS MAIVS, F.

Antiquitatum & Linguae Graecae Orientaliumque P. Ord.

Sacros scriptores cum profanis coniuncturus, publice Marci Euan-
gelium, & variam Aeliani historiam alternis illustrabit, idque ho-
ra pomeridiana tertia; *Privatim* vel Antiquitates Ebraicas, vel no-
titiā rei litterariae orientalis, ex voto Auditorum, proponet.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Phil. Nat. P.P. Ordin.

Publice doctrinam de Corpore animato exponet. *Privatim* votis ac de-
sideriis Nob. Dn. Dn. Commilitonum labores suos accommodabit,
& si concupiverint, *institutiones Physicas*, ad finem iam perductas, de-
nuo inchoabit, crebrisque disputationibus, si per ipsos licebit, illu-
strabit.

JOAN. GODOFREDUS MEIERN, J.U.D.

Phil. Pract. P.P. Ord.

PUBLICE MORALEM PHILOSOPHIAM ad ductum Vener.
D. Buddei denuo tradet atque illustrabit hora II. sibi solemnī.
PRIVATIM in **INSTITVTIONES JURIS** commentabitur, illis-
que historiam LL. succinctam praemittet. Collegium quoque **JURIS**
NATURALIS tam **THETICUM** quam **DISPUTATORIUM** ha-
bebit: Denique praecipua instituta & operationes,
quae formatam societatem Civilem sequi so-
lent, scitu maxime utilia & valde iucunda in peculiari Collegio
expendet.

JOH.

JOH. CONRADUS ARNOLDI,

Log. & Metaph. Prof. Ord.

Quam mensibus æstivis *Philosophia antiqua, Barbarica aequæ ac Græcæ Historiam*, publice hora à meridie prima, usque ad mediæ ævi Aristotelico Scholasticam ætatem proposuit, Eam eadem hora porro ad recentiorum nostrorum temporum philosophiam producet, prælectam brevibus aphorismis comprehensam disputationibus publicis excutiendam sistet, cæteraque de Philosophiæ & Philosophorum divisionibus, adjunctis & oppositis, ut primum absolverit, ex parte Metaphysicæ speciali *Theologia Naturalis* explicationem adversus profanos & perversos Atheismi & superstitionis errores suscipiet. In privatis vero Lectionibus, horis X. & III. Logicæ & Metaphysicæ præcepta, in primis necessaria, brevibus quæstionibus ac responsionibus complectetur, exemplis utilibus, superiorum disciplinarum foro petitis, illustrabit, exercitio disputatorio explorabit, nec non aliis *Literaturæ politeris* studiis, pro laudabili Nobiliss. Dnn. Studiosorum, desiderio, lubentissime operam suam commodabit.

